deprimentes. dimitte eos qui confracti sunt liberos. et omne onus disrumpe. frange esurienti panem tuum. & egenos uagosq; induc in domũ tuam. Cum uideris nudum operi eum. & carnem tuam ne despexeris. tũc erumpet quasi mane lumen tuum. & sanitas tua citius orietur. & reliqua.

DE ESV CARNIVM. ET POTIONE VINI. Ca. XXVII.

c Arnes autem & uinum post diluuium sunt hominibus in usum concessa. nã in inicio pmissũ non fuerat. nisi tantum illud ut scriptum est. Lignum fructiferũ. et herbam semiabilem dedi uobis in escam. Postea uero per Noe data sunt in esum cũcta animalia. uinicq; adtributa licentia est. Sed postquam Christus (qui est principium et finis) apparuit. hoc q̃d in principio suspenderat. etiã in temporũ fine retraxit. loquẽs per apostolum suum. Bonum est nõ mãducare carnem. et non bibere uinum. Et iterum. Qui infirmus est. olera manducet. Non ergo quia carnes male sunt ideo prohibẽtur. sed quia earũ epulę carnis luxuriam gignunt. Fomes enim ac nutrimentum est oim uiciorũ esca uentri & uẽter escis. deus autem ut scriptum est. & hunc et hanc destruet. Piscem sane (quia eum post resurrectionẽ accepit dominus) possumus mãducare. hoc enim nec saluator nec apostoli uetuerunt. Auium quoq; esum. credo inde a patribus permissum esse. eo quod ex eodem elemẽto de quo et pisces creatę sunt. Nam in regula monachorum non inuenimus aliarum carnium esum eis contradictũ esse. nisi quadrupediũ.

Additio.

Sola quadrupedia non uolatilia monachis interdicta. Hoc autem tempore Pij Ludouici sic immutatum esse dicitur. ut in omni eorũ pulmento sagimine uti liceat. propter nimiam et aliis damnosam cõsumptionem uolatilium quam faciebant.